

Teil A: Übersetzung

Einzelunterricht oder Schulbesuch?

Quintilian, ein bedeutender Redelehrer des 1. Jahrhunderts n.Chr., äußert sich zur Diskussion, ob es für die charakterliche Entwicklung förderlicher sei, Kinder zu Hause oder – wie es üblich war – in einer Schule unterrichten zu lassen:

Tractanda quaestio est, utiliusne sit domi atque intra privatos parietes studentem continere an frequentiae¹⁾ scholarum et publicis praeceptoribus tradere. Quod quidem video placuisse cum²⁾ iis, a quibus clarissimarum civitatum mores sunt instituti, tum²⁾ eminentissimis auctoribus. Non est tamen dissimulandum esse
5 nonnullos, qui ab hoc publico more privata quadam persuasione dissentiant.

Hi duas praecipue rationes³⁾ sequi videntur: Unam, quod moribus consulunt fugiendo turbam hominum eius aetatis, quae est ad vitia maxime prona. Alteram, quod praeceptor liberalius tempora sua impensurus esse uni videtur, quam si eadem in plures partiatur. Prior causa gravior est: Nam si constaret scholas studiis
10 quidem prodesse, sed moribus nocere, potior mihi ratio⁴⁾ vivendi honeste quam ratio⁴⁾ optime dicendi videretur. Sed meā quidem sentiā iuncta haec atque indiscreta sunt: Nullum enim esse oratorem nisi bonum virum iudico.

Corrumpi mores in scholis putant: Profecto corrumpuntur interdum, sed domi quoque, et sunt multa eius rei exempla.

15 Utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus! Infantiam statim deliciis perdimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes et mentis et corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui infans⁵⁾ in purpuris repit? Nondum prima verba exprimit, iam conchylium⁶⁾ poscit.

Gaudemus, si quid liberi licentius dixerint. Nec mirum: Nos docuimus, ex nobis
20 audiverunt; nostras amicas, nostros concubinos vident; inde non accipiunt ex scholis mala ista, sed in scholas afferunt.

¹ frequentia,-ae: (hier:) Gedränge

² cum ... tum: sowohl ... als auch besonders

³ ratio,-onis: (hier:) Überlegung

⁴ ratio,-onis (m. Gen.): (hier:) Rücksicht (auf etw.)

⁵ infans: als kleines Kind

⁶ conchylium,-i: (hier:) Purpurkleidung (als Ausdruck von Luxus und Verweichlichung)

Teil B: Zusätzliche Aufgaben

1. Erschließen Sie die Bedeutung der folgenden medizinischen Fachbegriffe, indem Sie diese auf ihren lateinischen Ursprung zurückführen.

a) Claviculafraktur

b) sublingual (4 BE)

2. Stellen Sie die vorgegebenen lateinischen Wörter zu sinnvollen lateinischen Wendungen zusammen, die den folgenden Titeln von Fernsehsendungen des Bayerischen Rundfunks entsprechen:

1) Jetzt red i

2) Münchner Runde

3) Dahoam is Dahoam

disputatio – ubi – ego – ibi – nunc – Monacensis – bene – dico – patria (3 BE)

3. Paraphrasieren Sie die folgende Meldung aus den *Nuntii Latini*, den lateinischen Nachrichten von Radio Bremen:

Franciscum papam plures homines sequuntur in interrete Latine quam Theodisce pipiantem. Pontifex in pipiando iam duo annos illa lingua utitur, quae est sermo officialis in civitate Vaticana. Quindecim miliones hominum papae nuntios breves novem linguis conscriptos legunt.*

* auf Deutsch (4 BE)

4. Die nachfolgenden Verse entstammen einem dem spätantiken Autor Cyprianus Gallus zugeschriebenen Poem:

*Principio Dominus caelum terramque locavit:
Namque erat informis fluctuque abscondita tellus,
immensusque Deus super aequora vasta meabat,
dum chaos et nigrae fuscabant cuncta tenebrae.
Has dum disiungi iussit de cardine, fatur:
„Lux fi__!“ , claro et micuerunt omnia mund__.*

a) Benennen Sie das Versmaß!

b) Geben Sie das Thema des Gedichts an!

c) Ergänzen Sie (auf Ihrem Arbeitsblatt) den letzten Vers inhaltlich stimmig und grammatikalisch korrekt!

(4 BE)

Bene eveniat!